¶ Adhuc hęc quidem sunt ex habentibus positionem adinuiceꝫ: earuꝫ quę in ipsis partibꝰ consistunt. hęc autē ex non habentibus positionem. puta partes qdem linee positionē habent adinuicem: q̄libet enīꝫ ipsarum iacet alicubi. ꝛ habebis vtiq̄ percipere ꝛ assignare ꝛ vbi q̄libet iacet in plano. ꝛ ad quā partem reliquarum copulatur. Silr̄ autē ꝛ partes plani positionem quādam habēt. Similr̄ enim vtiq̄ assignabitur vbi quęlibet iacet. ꝛ quę copulantur adinuiceꝫ. Silr̄ auteꝫ ꝛ quę solidi ꝛ quę loci. In numero auteꝫ non habebit vtiqꝫ aliquis ostēdere: ꝙ partes ipsius positionem aliquā habeāt adinuicē: vel iaceāt alicubi, vel copulentᷣ adinuicem partium. neqꝫ quę temporis. nulla enīꝫ partiū tēporis subsistit. Quod autē nō est permanens, quo mō vtiqꝫ positionem aliquaꝫ habeat. sed magis ordinem quendam dicas vtiqꝫ habere: eo ꝙ hęc quidē sit prius tēporis. hoc autem poste

rius. et in numero autem similiter: eo quod prius numeratur unum quam duo. et duo quam tria. et ita ordinem quendam utique habebit. positionem autem omnino non accipias utique. et sermo quidem similiter. nihil enim partium ipsius subsistit. Sed dictum est et non est adhuc hanc accipere. Quare non utique erit positio partium ipsius: si nulla subsistit. hec quidem igitur ex habentibus positionem adinvicem: earum que in ipsis partium consistit. hec autem ex non habentibus positionem. Proprie autem quanta hec sola dicuntur que dicta sunt. alia autem omnia secundum accidens. ad hec enim respicientes et alia quanta dicimus: puta multum album dicitur: eo quod superficies multa sit. et actio longa eo quod tempus multum sit: et motus multus: non enim secundum se unumquodque horum quantum dicitur. velut si assignet aliquis quanta quedam actio sit, tempore determinabit annuam, vel ita aliqualiter assignans. et album quantum aliquid assignans determinabit superficie. Quanta enim utique superficies fuerit tantum et album esse dixerint. Quare sola proprie et secundum se quanta dicuntur hec, aliorum autem nullum ipsum secundum se. Sed aut forte secundum accidens.

¶ Post primam divisionem quantitatis affert etiam alteram qua constituuntur ea que habent partes, que habent in seipsis invicem positionem, et que non habent eas partes, que mutuam habent positionem. unde hac etiam opus fuit, quia una non suscipit universas differentias. Etenim si omne illud quod est partium habentium positionem continuum est, non tamen omne continuum est de numero habentium positionem. Nam tempus positionem non habet. E contrario autem se habet discretum, quandoquidem discretum positionem non habeat, non tamen omne non habens positionem discretum est quippe tempus non habet positionem et discretum non est. Porro assumpta est secunda divisio ut apponantur differentie a priori sumpte, et appellatur talis subdivisio, cum sit quedam secunda eiusdem generis divisio secundum diversas differentias. ut enim hec divisio mortale et immortale dividens animal non suscipit differentias secundum rationale et irrationale, neque ille e converso easdem predictas, ob hoc itaque opus fuit subdivisione, eodem quoque modo hic fit ut igitur omnes complectatur differentias que sunt sub quantitate, duabus utebatur divisionibus. Querere dignum est quid est illud quod habeat positionem, nunquid tale egeat tribus his. scilicet loco in quo iacet, et tali coexistentia partium ne cum alie fiunt priores intereant et tertio, continuatione, et connexione mutua partium, ut quidam putant. Forsitan opus coexistentiam partium adinvicem omnino adesse, habentibus positionem, sed in loco esse non omnino ei quod habet positionem, neque secundum rerum naturam, neque secundum traditionem Arist. opus est. Nam que non distant pluribus modis, ceu linea in loco non est, quare neque in loco ponentur, sed dicuntur habere positionem. Etiam Aristo. non dixit simpliciter ea que habent positionem esse in loco, sed habere mutuam connexionem partium in seipsis. scilicet ut inquit Iamblicus, quorum omnes partes invicem coexistunt, et acceptione talium simul connexarum ex ipsis habent esse. Nam eo quod dicit adinvicem, ostendit quod non dicit positionem secundum locum, sed secundum habitudinem, dividens hec contra ea que habent esse dum fiunt, quorum partes nunquam permanent. Nam proprie positio dicitur de his que sunt in loco. Ergo idem unumquodque quantum. cuius partes simul existunt, dicitur poni in illo in quo est, ut linea in superficie, et superficies in corpore. Etenim dicunt punctum qui dicunt unitatem habere positionem, non ut in loco ponitur, sed velut in linea. igitur unumquodque continuum quantum est ut sua natura postulat, ita etiam proprias positiones habet. ergo idem corpus quia in loco est, etiam in loco positionem obtinet, et superficies similiter in corpore, et linea in superficie, et punctum in linea. Etenim et Aristo. plane dixit, quod partes linee in plano iacent ponentur, et universaliter si voluisset ea que habent positionem in loco eandem positionem habere, non dixisset et partes loci habere positionem. Non enim est locus in loco ne in infinitum queremus locum ante loca. sed superficies cum erit locus, habet positionem in corpore, cuius est, ut superficies. Item et ipse Arist. inquit quod ut se habent mathematica, ita et alicubi positionem habent. Sed forte quispiam admirationem de Divo Iamblico sic scribente de loco capiet. Locus autem ut superficies quidem erit in corpore cuius cum sit, continet corpus, sed ut locus in contento sub ipso erit. Nam quia ipsum est, in loco est, quippe in loco poni dicitur. Alioquin locus in loco erit et dolium in vino, etenim hoc secundum ipsam proportionem sequetur, sed quomodo non videbitur hoc esse de numero que affirmari non possunt? Verum processu operis, Iamblicus inquit. forte per accidens est in loco. Ergo idem locus et superficies subiecto sunt idem. Sed pace Iamblici melius est secundum Aristo. sententiam de loco sic intelligere, sed si quis spatium intervallumque dicit esse locum qui semper habeat corpus et ipsum per se corpore vacuum sit atque aliud preter corpus consideratur. quare non diceretur cum sit continuum et habeat partes invicem coexistentes, de numero eorum que habent partes positionem obtinentes in seipsis. Item ubi poneretur cum neque hoc sit alicuius terminus. Forte igitur quod est ordo in discretis, hoc est positio in continuis. Nam ut discreta propter distantiam elongationemque ab uno indigebant ordine, ut secundum eundem prope unum iaceant, et non inordinate sparsa confundantur, ita et continua cum ab illo impartibili decidant, in quo ut in eodem, omnia erant indigent positione, qua alie partes aliis copulentur, ad decorem speciei ne instar cumuli sit congesta, et secundum hanc intelligentiam non necessarium est alicubi poni positionem, velut in alio. Nam Thesis derivatur (ut existimo) ab hoc thin, et iesthe, grece, quo pacto extensionem significat. Sed de his que habent positionem hec dicta sint. Ceterum Arist. quum numeret ea que positionem non habent primo loco ordinavit orationem. et inquit ipsam nec alicubi poni, nec habere partes que habeant positionem adinvicem. Nam si opus ea que habent positionem permanere cum oratio simul semelque dicta, elapsa sit, et non permaneat, quo modo itaque habent positionem? Similiter de tempore idem censet, in quo etiam plane indicavit quod opus ea que habent positionem, ut possideant partes que permaneant. Nam inquit. quod non est permanens quo modo hoc quandam positionem haberet? Verum hec dicuntur habere ordinem quatenus ipsius orationis una syllaba dicitur prior, et altera posterior, similiter quatenus una pars temporis prior sit, et altera posterior. Iccirco tempus etiam cum continuum sit non dicitur habere positionem, nam cum tempus comitetur et sequatur motum, et omnis motus, ideo est quia semper fit, et tempus idipsum patitur et fovetur, ideo quamvis sit utrumque continuum, tamen neutrum habet positionem, quoniam partes eorum non permanent. Sed cur numerus non habet positionem, quandoquidem partes eius videantur permanere. Respondet Iamblicus quia unitas est punctum sine positione et numerus cum ex unitatibus constet, ideo non habet positionem. Item dicit quod neque partes eius permanent, quippe neque

si numerata sunt. ideo alicubi est numerus, qa neq3 oratio est alicubi, quãuis significata eius sint. Porro vt oratio dum profertur subsistit, ita & numerus dum numeratur superest, & propter hoc neutrius partes permanent, quare non habent positionem. Hęc quidē Diuus Iamblicus dixit. Verum admiror q̃ numerus non dicatur habere positionem, quia partes eius non permanent. Non enim vt oratio est quando profertur, ita & numerus cum numeratur. Nam etsi non numeret aliquis quinque digitos meos, tamen numerati sunt s̃m suã speciem. quapropter dicendum q̃ numerus nõ habet positionem, quia continuum non est. Nam quę habent positionem oportet ea esse continua atq3 extendi, sic enim & positio partium adinuicem videbitur nõnullas partes, nonnullis copulare. Nã in ternario numero non est dicendum talem vnitatem ad talem componi sicut in lineis euidens est, talem partem tali copulari. Sed cur non sic a numero euidenter sustulit positionem, quemadmodũ plane sustulit ab oratione & tempore. Forte quia positionem ipsius penitus accipere non potest, vel sicut expositores dicunt, quia videtur numerus recipere positionem propter numerata. Forte quoq3 quia designationũ indicationumq3 huius .s. habentium positionem, maxime est hoc, partes permanere, & cum oratio & tempus plane non habeant partes, quę permaneãt, & numerus habeat, qua de causa si haberet continuitatem, esset etiã de numero habentium positionem, idcirco tacuit numerum. Verũtamen si oratio tempus & numerus non habent positionẽ, tamen hęc ordinẽ loco positionis obtinẽt, vt dictum est. Eqdẽ ordo proprie consideratur in discretis, quatenus prius & posterius in ipsis accipiuntur, vnde in tempore quatenus p̃teritum p̃cedit tempus p̃sens, & hoc futurum sic in eodem s̃m ipsius discretionẽ ordo videtur considerari. In numero autem ordo non est in vnoquoq3, quippe non est ordo vnitatum in ternario numero, sed in latitudine numerorum, qa vnitas p̃cedit dualitatem & dualitas trinitatem, & sic deinceps, similr̃ in oratione ordo est quatenus alię partes p̃cedunt alias & alię syllabę alias ante eunt. Sed ipse etiam hic dubito, quomõ Diuus Iamblicus de oratione ait, q̃ videt̃ ipsa non insinuare ordinem, si quis spectet & consideret solam lõgitudinem eius & vocis successionem, etiam si fuerit nõ significatiua. Nam cur magis vna syllaba p̃ordinat̃ alteri. Sed pace Iamblici cuiq3 compertuz est, q̃ in oratione est ordo, & q̃ si quis hoc nomen Socrates p̃ferret nõ prius proferret hanc syllabam /cra/ sed /so. Verum cõtẽplationis causa. inquit Iãblicus adqciẽs hoc genus quãtis habentibus positionem existimo illum dicere illam positionem quę est genus, perinde atq3 omnibus simplicioribus in compositis & his que sunt in simplicibus q̃cunq3 quanta sunt, p̃beat sedem & basidez. Nam dupliciter cum accipiatur illud simpliciter, vnum tã c̃ cõmune ipsis compositis ordinatuz, & ab eisdẽ contẽtuz vt superficies ab ipso corpore habet positionem, alterum autẽ est quod vt excedens & separatum idem & positionez in se ipso habẽs p̃bebit compositis. Itaq3 indigemus positione, vt in secundis quantis continuationez intelligamus. Sed notanduz est q̃ s̃m primam diuisionez qnque erãt continua & duo discreta, & iuxta s̃m diuisionem quatuor quidem sunt habentiaz positionem, vt linea/superficies/ corpus/ & locus/ & tria sunt quę non habẽt positionem vt numerus/tempus/ & oratio, quoꝝ duo Iamblicus. inqt. ordinem habere. .s. numeruz & tempus, sed oratio aliquo modo habet ordinẽ, & aliquo mõ non habet, sicut in superioribus determinatuz est: quare & alia tertia facta est diuisio s̃m quã quãtorũ, alia qdem habent ordinez, alia v̾o non hñt. Item adycit deinceps aliã quartã diuisiõez s̃m quã quãtoruz, alia qdem sunt p̃ncipaliter quãta quęcũq3 per se talia sunt, vt numerus/magnitudo tẽpus, & id genus de quibus quãtum in quid est p̃dicatur. alia v̾o p̱ accidẽs quęcũq3 s̃m aliquid aliud quãta esse dicunt̃, ceu album dicitur multũ vel magnũ non quatenus albuz, s3 quatenus in sup̱ficie est. Eqdem homo lõgus est s̃m lõgitudinez & motus multus, vel p̱pter tẽpus, vel p̱pter locum. Nã si quis tradiderit quãtitatẽ eius dicẽdo, vel illã esse annuã, certe is assignabit quantitatez eius s̃m tẽpus, vel dicendo illã esse vnius stadij, tunc s̃m locũ quãtitatẽ eius tradet. Itaq3 videt̃ s̃m hęc & motum participare q̃titate & nõ esse quantũ de se. Vnde videt̃ esse q̃dam magna ambiguitas & cõcertatio circa motũ, siqdem nõnulli motũ redigi ad p̃dicamentum ad aliquid fateant̃, & nõnulli ad plura p̃dicamenta illum reducant in quibus cõsideratur. Etenim motus est in quanto, vt auctio & diminutio, & in qualitate, vt alteratio, & s̃m locuz, atq3 s̃m substantiam. Verum quidaz alij actum & potentiam cõmuniter in omnibus generibus considerantes aiunt motũ esse cõmunez decem p̃dicamentis, cum ipse sit actus mobilis quo mobile est s̃m traditionem Arist. Alij v̾o collocant ipsum in duobus generibus .s. in actione & passione. Plotinus tamen ipsum per se ante actionem & passionem tã c̃ genus proprium singulis motibus separauit & determinauit. Atqui Iamblicus ipsuz quantũ esse vult, nam si motus subsistit in spatio seu i distensione, & interuallo, atq3. vt inquit. habet per se successionem extẽsiõe sua, quantus erit per seip̃m, quandoqdem & oratio quanta consideretur, quia ex interuallis quantis tanta subsistit, & quatenus tanta longitudine mensuratur & est mensurabilis. Vnde mirũ non est motum eẽ quãtũ s̃m suam extensionem, & s̃m mutationẽ ex potentia in actu in omnibus pręd icamentis considerari, atq3 s̃m aliam & aliaz suiipsius naturam aliter & aliter spectari & intelligi. Forte autem & album non s̃m superficiem simpliciter extẽditur, sed habet album propriã extensionẽ in generatione coextensa sup̱ficiei quę alta est ab albo, sicut ẽt motus dicebat̃ habere p̱priam extensionẽ p̃ter tẽpus & locum. Etenim quãtitatis quę ad generationẽ p̱cedũt nõ seruãt indiuisibilitatez specificã, sed s̃m seipsas in gñalez extẽsionẽ sese fundũt & extendũt. Dubitãt quoq3 hi viri, cõtra ea q̃ hic dicta sunt, dicẽtes nihil habere positionem. Nã si ea dicunt̃ hic positionẽ, quoꝝ ptes p̱manẽt, & quã oibus fluctibus nihil p̱maneat. igit̃ neq3 positionem aliqd p̱prie habebit. Nisi materia quãq̃ cõtinue fluat, & B aliqs cõcederet, atq3 corpora in infinitũ abeant & additiones & ablatiões, tñ est aliqd qd plane manet, siue illd sit s̃m subtũ, vt qdã aiunt, siue illud qd est p̱prie q̃le, vt alij sentiunt, siue sit substantia specifica, aut indiuidua substantia & cõposita, siue etiam aliud quippiã tale qd p̱manet in trãsmutationibus, & a p̃ncipio vsq3 in finẽ cognoscit̃. Nã sermo habet̃ de manifestis & non de occultis, & his quę in dubiũ vocãtur. Scdo inquiũt qua rõne albuz per accñs est quãtũ, vt Aris. dicit. eo q̃ superficies est quãta, eadẽ quoq3 rõne superficies erit quãta p̱ accñs, qa p̱ticipat multitudine. Sed respondemus q̃ opz ad memoriã reuocare ea quę prius dicta sunt, vbi dicebamus, aliam esse speciem quanti s̃m multitudinem, & aliud esse proprie quãtuz, qd quidẽ se habebat opposito mõ ad q̃titã s̃m multitudinẽ. Itẽ si principalibus quãtis quę numero septẽ sunt, isunt q̃dã indefinita p̃dicata, ceu multitudini multũ & paucũ, & magnitudini magnuz & paruum, & hęc prędicata ponere consueuimus de his quę sunt proprie

Vid. i 5° physico. Simplicius/Alexan. Aphro. quē nat Auer. imitari/ Platonē in Parmenide/ & decimo dialogo de legib[us] plerum.

quantis, sed de aliis per accidens, propter principalem quantitatem, ceu propter superficiem. Equidem constat ꝙ propter tẽpus alia sunt quanta, ⁊ propter superficieꝫ, quę ostenduntur esse quanta principal'r, siquideꝫ ꝑpter hęc ⁊ aliis ea insint quę consequũtur quantum.

¶ Adhuc autem quanto nihil est contrariuꝫ. In determinatis quidem enim manifestum ꝙ nihil est contrarium, velut bicubito, vel tricubito, vel superficiei, vel alicui talium. nihil enim ipsorum est contrariuꝫ. Nisi forte multum pauco dicat quis esse contrariũ, vel paruo magnum. horum autem nullum est quãtum, sed magis ad aliquid. nihil enim ipsum ſm se magnum dicitur, aut paruum, sed in referri ad alterum. velut mons quideꝫ paruus dicitur. milium autem magnum, eo ꝙ hoc quidem sit maius homogeneis, hoc autẽ minus homogeneis. Igitur ad alterum est relatio. Quoniam si ſm se paruum aut magnum diceretur nunq̃ vtiq; mons quideꝫ paruus diceretur, milium autem magnum. Rursuꝫ in vico quidem dicimus multos homines esse, Athenis auteꝫ paucos, q̃uis sint multo plures ipsis. ⁊ in domo quideꝫ multos, in theatro autem paucos, q̃uis sint ipsis multo plures. Adhuc bicubitum quidem ⁊ tricubituꝫ, ⁊ vnumquodq; talium quantum significat. Magnum autem vel paruum non significãt quantum, sed magis ad aliquid. Ad alteruꝫ enim considerantur magnuꝫ ⁊ paruũ. Quare manifestum ꝙ hęc sunt eoruꝫ q̃ ad aliqd. Adhuc siue aliquis ponat hęc esse quãta, siue non ponat, non est ipsis contrariuꝫ aliqd. Quod enim non est ipsum ſm se accipere, sꝫ ad alteruꝫ refertur, quo mõ vtiq; erit huic aliquid contrarium. Adhuc autem si magnum ⁊ paruum sunt contraria idem accidet, simul contraria suscipere, ⁊ ipsa sibiipsis contraria esse. accidit enim simul ideꝫ magnuꝫ ⁊ paruũ esse. Est enim ad hoc quidem paruuꝫ, ad alteruꝫ auteꝫ ideꝫ hoc magnuꝫ, quare idẽ ⁊ magnuꝫ ⁊ paruuꝫ ſm ideꝫ tempus esse accidit, vt simul contraria suscipiat. Sed nihil videt̃ simul contraria suscipere, velut in substãtia. susceptiua quideꝫ contrarioruꝫ videtur esse, non tamẽ simul aliquid egrotat ⁊ valet, neq; simul albuꝫ ⁊ nigruꝫ. Sed neq; aliorum aliquid simul contraria suscipit. Et ipsa accidit sibiipsis esse contraria. Si eniꝫ magnuꝫ paruo contrariuꝫ est. ideꝫ autẽ est simul magnũ ⁊ paruuꝫ. ipsuꝫ sibiipsi erit vtiq; contrariuꝫ. Sed impossibiliuꝫ est aliquid ipsum sibiipsi eẽ ꝯtrariuꝫ, non est ergo magnuꝫ paruo contrarium, neq; multum pauco. Quare ⁊ si nõ eorum quę ad aliqd ipsa quis dicat, sed quãti, nihil contrarium habebunt.

¶ Quemadmodum in pr̨edicamento substantię, post diuisionem specierum ipsius ⁊ differentiaruꝫ transiuit ad ea quę sunt propria eius, ⁊ quę consequuntur illam, eodem quoq; modo in quantitate facit. Et primo tradit ea quę communia sunt quantitati ⁊ aliis pr̨edicamentis, deinde sic propria eius cõsiderat. Inquit igitur ꝙ nihil est contrarium quanto. Verum forsitã ante expositionẽ Aristo. rectius erit quãlibet specierum quantitatis pauloante pertractatã videre quomodo non habeat contrarium, ⁊ quomodo cõtraria quę in vnaquaq; specie quanti esse videntur, ipsi non insunt quatenus quantum, sed quatenus ad aliud pr̨edicamentum reducitur. Equidem linea quatenus linea est, nullam habet contrarietatem, sed quatenus linea qualis, ſm rectitudineꝫ ⁊ curuitatem consideratur, ⁊ tales affectiones sortitur. Item superficies quatenus duplici extensione extenditur, nullum contrarium habet, quod si asperitas ⁊ lenitas circa ipsam considerantur, profecto hęc non quatenus superficieꝫ, sed quatenus taleꝫ superficiem, ſm qualitatem eius, ceu albedinem ⁊ nigredinem lineę nõ quatenus linea inesse dicimus, sed quatenus qualis linea. Similiter dicendum est de superficie. Pręterea corpus q̃tenus corpus. idest quatenus habet tres dimensiones nullum contrarium habet. Nam incorporeum non est contrariuꝫ corpori, vt Iamblicus quoqꝫ ait, quia contraria sub eodem genere collocantur, incorporeum autẽ ⁊ corpus non sunt sub eodem genere, Forsitã nihil prohibet substantiam esse genus ipsoꝝ. Nam dicimus substantię alia quidem corpus, alia ṽo incorporea. Vnde si incorporeum negationem ⁊ priuationem significat certe non erit contrarium corpori. Naꝫ contraria in affirmatiõe ⁊ positiua sunt ꝙ si affirmationem significat, vel ergo qppiam corpore melius ⁊ eiusdem causa, vel deterius qõ etiam in corpore sit. Sed neutro modo corporeum ⁊ incorporeum erunt contraria. Naꝫ contraria vigore ⁊ potentia ęquali pr̨edita esse debent. Similiter etiam quę sunt proxima proprio generi. Item neq; tempori est aliquid contrarium, quatenus determinat propria mensura motum. Vnde si quis putet diem contrarium nocti, is certe non facit contrarietatem in tempore quatenus tẽpus, etenim idem est, siquidem quando alicubi est dies, alibi nox sit, sed quatenus alicubi illuminatus est aer ⁊ alibi obscuratus, qui etiam non quatenus aer est quantus, sed qualis, tales sortitur contrarietates. Iteꝫ neq; numero aliquid est contrarium. Nam discretus est ⁊ nihil habet contrarium, ceu duo, vel tria. Nam omne discretum vnum aliquid est, ⁊ ſm hoc nullum excessum, neq; defectum suscipit quemadmodum ęquale, sicut etiaꝫ inęquale magis ⁊ minus, suscipit quo circa indefinitũ est. Sed quid diceremus: si quis assereret par ⁊ impar eẽ cõtraria numeri eadem ponendo duas species esse, similiter si quis eiusdem quanti continuum ⁊ discretum fateretur esse contraria. Nisi diuisio in substantiam sit per opposita. Nam animalis aliud est rationale aliud ṽo irrationale. Iteꝫ mortale ⁊ immortale ⁊ tamẽ concedimus substantię nihil esse contrarium. Nam aliud est considerare contrarietatem circa subam, ⁊ circa quantuꝫ penes ipsas qualitates quę accidunt ipsis, ⁊ aliud est ipsi substãtię, vel ipsi quãto nõ eẽ cõtrariũ. Itẽ oratio quatenus quanta est non habet contrariũ. Naꝫ verũ ⁊ falsuꝫ isunt

orationi

orationi quatenus significatiua est, sed non quatenus extensione profertur, ⁊ mensuratur syllaba breui ⁊ longa. Reliquum est de numero quantorum locus de quo etiam hunc in modum dubitatur, nunquid suscipiat contrarietatem penes sursum ⁊ deorsum, quę quidem vel species, vel partes loci esse videntur. Veruntamen nonnulli putant non esse natura sursum ⁊ deorsum, sed ſm habitudinem ad nos considerari, ceu illi qui dicunt supra caput nostrum sursum esse, ⁊ deorsum quod sub pedibus iacet. Vnde hi ponunt idem sursum ⁊ deorsum esse ſm differentes habitudines, quo plane fit, vt hęc hoc modo non sint contraria, quandoquidem contraria in eodem ſm idem esse nequeant. Verum si sursum ⁊ deorsum accipiunt non ſm habitudinem, sed ſm vniuersi distantiã ⁊ intercapedinem a medio ad extremum, ⁊ econuerso ab extremis ad medium, tunc sursum ⁊ deorsum distabunt atq; differentiam erunt ſm naturam. Sed ad istos dicendum est ꝙ sursum ⁊ deorsum non significant locum, sed prędicamentum vbi sicut heri ⁊ hodie non significant tempus, sed prędicamentum quando, idest illud quod tempori adiacet. Hęc quoq; Andronico videntur ⁊ placent. Sed forsitan sursum ⁊ deorsum sunt loci differentię ⁊ heri ⁊ hodie temporis, nõ tamen quatenus locus est quantum ⁊ tempus similiter hoc habent, sed locus ſm positionem ⁊ localem proprietatem quę in prędicamento vbi assignata est, tales differentias habet, tempus ꝟo ſm mensuras a motu tales differentias hodie ⁊ heri obtinet. Etenim locus et tempus in quanto ſm solam extensionem assignantur; tamen ſm proprium caracterem designationemue locus est in prędicamento vbi ⁊ tempus in prędicamento quando. quare locus quatenus quantus est non habet sursum ⁊ deorsum, sed quatenus tale quantum. Veruntamen Arist. ait, nisi quis multum pauco / vel magnũ paruo dicat esse contrarium. Nam quum hęc sint quanta videntur esse contraria, tamen ostẽdit primo ꝙ hęc non sunt quanta, sed ad aliquid. Deinde ꝙ etsi quanta essent, siue non essent, adhuc non essent contraria. Quod ꝟo magnum ⁊ paruum non sint quanta, sed ad aliquid hoc modo ostendit. Nam si parua magna dicuntur esse ⁊ econtra magna parua cõparata ad ea quę sunt eiusdem generis nullum erit per se magnum vel paruum, sed habebunt relationem ad diuersa, ⁊ erunt ad aliquid sed antecedens est verum. ergo ⁊ consequens. Verum in hoc syllogismo coniunctum ⁊ deductum tanq; manifestum prętermisit. Nam si magna dicũtur parua ⁊ econtra magna parua profecto nihil erit per se tale. assumptionem autem ostendit ꝙ mons paruus dicitur ⁊ milium magnum si comparentur ad ea quę sunt eiusdem generis cum illis. Deinde ostendit idipsum in multo ⁊ pauco. Equidem plures in vico, vel in domo dicimus esse tanq; ad domum ⁊ vicum comparatos, paucos tamen qui in ciuitate ⁊ theatro si comparentur vt ad ipsa. Secundum autem argumentum adducit ab actu significandi, quicquidẽ tricubitũ ⁊ magnũ aliquid simile non significent, sed tricubitum quantum significat, ⁊ magnum ad aliquid, quo iure a significationibus efficit demonstrationem, quandoquidem ſm se prędicamenta differant. Vnde is syllogismus talis est omne quod significat quantum / est quantum, sed multum ⁊ paucum, vel paruum ⁊ magnum non significant quantum. ergo nõ sunt quanta. Deinde probat ex superabundantia ꝙ etsi magnum ⁊ paruum quanta sint, siue non, adhuc non sunt contraria. hoc autem ostendit / hoc modo magnum ⁊ paruum multum ⁊ paucum non sunt per se, sed ad alterum referuntur sed talia non sunt contraria, quandoquidem contraria per se sunt ⁊ in propria natura subsistunt. Deinde idem ostendit per deductionem ad impossibile. Nam si paruum ⁊ magnum erunt contraria accidet contraria simul in eodem recipi, quod quidem fieri nequit. Deductum autem perspicuum est, quia idẽ potest esse magnum ⁊ paruum. Subdit deinceps in eisdem assumptis aliam conclusionem hoc modo. Adhuc absurdissimum est idem sibimet contrarium esse. Etenim hoc patet, siquidem idem sit magnum ⁊ paruum. At ꝟo fieri nequit, vt idem sibimet contrarium sit, quia contraria sic se habent, quod vnum alterum vicissim expellit ⁊ tollit de medio. At nihil tollit destruitq; seipsum naturaliter. Item constat ꝙ ea quę sunt ad aliquid nihil prohibet simul habere cõtraria, quia ad aliud ⁊ ad aliud referuntur, sed quod contraria simul existant, impossibile est. Nam vnum cum altero vicissim pugnat. nisi forsitan inquit Iamblicus respondendo Andronico ꝙ magnum ⁊ paruum / multum ⁊ paucum non solum ad aliquid sunt, sed etiam quanta indeterminata. Nam quando dicimus magna tum quantum indefinitum significamus. quandoquidem non indicatur quo quãto, vel qua magnitudine magna sint, vel quanta multitudine multa sint, sed quando maius ⁊ minus dicimus tunc considerantur ſm longitudinem quam vnum ad alterum habet. Vnde Aristo. magnum ⁊ paruum duntaxat ad aliquid tãtum contemplatus est, quemadmodum Plotinus eadem simpliciter duntaxat considerauit. Nam magnum ad aliquid. inquit. dici pro maiori, sed cum Aristo. asserat quod illud quod non potest per se accipi, sed ad alterum refertur idipsum non habet contrarium, quidam instant dicentes multa contraria etiam esse in prędicamento ad aliquid, ceu scientiã ignorantię, ⁊ virtutem prauitati. Forsitã igitur Iamblicus inquit. ꝙ hoc non sine defectu dictum est, sed tale hoc modo est perfecte dictum, quod non est per se, sed ad alterum refert nulli eorum ad quę refertur contrarium est. Nam magnum milium ad paruum refertur, ⁊ non est magnum paruo contrarium. Forsitan quoq; melius dicendum est ꝙ Arist. non sustulit omnem oppositionem a quanto, quia non abstulit oppositionem quę est inter ea quę sunt ad aliquid, sed substulit eam solam quę ſm contrarietatem dicitur, quare etsi aliqua oppositio ſm ad aliquid in quanto fuerit ob id non destruitur sermo Aristo. dicentis quanto nihil eẽ contrarium. Scire autem oportet ꝙ quanti aliud est indefinitum, aliud ꝟo discretum, determinatumq;, ⁊ determinatum iam circunscriptum est ⁊ intellectum ſm mensuram determinati, ceu duo, vel tria, vel cubitale, indefinitum autem sine circũscriptione, ⁊ incertum ſm aliquem excessum excedit, vel ſm aliquem defectum deficit. huiusmodi sunt multa, vel pauca, magnum ⁊ paruum. Item ipsum quantum indeterminatum dupliciter dicitur, aliud quidem simpliciter, aliud ꝟo ad aliquid. Nam illud quod non refertur ad alterum, homogeneũ est intellectum ſm propriam differentiam qua ad ea quę sunt dissimilis generis simpliciter dr̃, ceu qñ paruus mons non ad homogenea, sed ad magnũ domũ referentes tãq; ad homogenea ponẽtes magnum dicimus Bẽñ simplr̃ dicimus ipm esse magnũ. Nã per se magnitudine participare dr̃ id qd̃ maius est domo, sꝫ qñ fuerint cõparata ad ea quę sunt eiusdem generis, ⁊ magnum, ⁊ paruũ tãq; ſm comparationem habentium, tum hęc non simpliciter, sed ſm habitudinem ad aliquid considerãtur, quo fit vt eadem ratio pluribus congruat. Nam mul-

titudo per se considerata, aliud est ⁊ aliud est quum considerantur sm habitudinem ad alterum. Vnde talia suscipiunt magis ⁊ minus ⁊ contraria eildem simul isunt. Verum Diuus Iamblicus vult magnum ⁊ paruum, multum ⁊ paucum, in his speciebus quę sunt per se ⁊ materiales considerari. Equidem quę sunt per se, partim excellentiam virtutis, partim sm multitudinem puraru rationum sunt. At vero ea quę sunt ad aliquid, ⁊ sm comparationem dicuntur in ipsis materialibus est videre in quibus magis ⁊ minus atq; contraria simul sm relationem ad alterum ⁊ ad alterum sunt. Nam quum accedit forma materię in ambabus, tum iste quędam virtus fit. Nam quatenus materia participat forma eidem assimilatur, ⁊ tum materiale multum ⁊ magnum fit, sed sm propriam infinitatem horum, scilicet magis ⁊ minus, ⁊ habitudinis ad aliquid, sic etiam participat transmutatione ad contraria. Cum itaq; sic se habeat Iamblicus ingit non recte arbitrantur hi qui putant hęc omnis simpliciter dici, quemadmodum Plotinus opinatus est. Etenim consuetudo vtitur magno ⁊ paruo ⁊ aliis huiusmodi sępe in his quę sunt ad aliquid. Vnde qui autem militum magnum sm comparationem ad sibi simile in genere tanq̄ maius significans, inquiunt idipsum milium magnum sm quod est ad aliquid. At vero Plotinus inquit magnitudinem non esse de numero eorum quę sunt ad aliquid, sed ipsum maius quemadmodum ⁊ duo plus. Nisi forte non ita se habet sicut Plotinus dicit, nā intelligentia magnitudinis extenditur ad ea quę sunt p se, ⁊ ad ea quę sunt inuicem comparata. Neq; enim magis diceretur id quod non participat magnitudine atq; non insinuaret excessum sm magnitudinem. Sed nonnulli inquiunt multa nihil aliud esse quam multa multitudo in numero considerata. quare non erit ad aliquid. Nisi facile sit aliam speciem numeri opponi quę dicatur ad aliquod quantum in qua decem habitudines rationum continentur. Nam in eodem est plus ⁊ minus, quod si quis numeri extensionem diceret esse simpliciter multitudinem ⁊ paucum numeri contractionem, certe nihil minus est ⁊ in progressionibus differentiam numerorum quędam consonans differentia inter se, qua excedunt mutuo, ⁊ exceduntur atq; plures sunt ⁊ minores, similiter in puncto continuo procedente prope vel eminus multe fiunt differentię habitudinis ⁊ excessus ⁊ defectus, aut mox stante dum procedit, vel tarde, vel etiam determinante excessum ⁊ defectum sm rationes, vel irrationabiliter. Nam sicut vnum ad multa, vel ad pauca procedens facit varietates numerorum, ita ⁊ punctum differentes magnitudinum habitudines operatur, sed aliquis terminus est processus sm multum ⁊ paucum, aut magnum ⁊ paruum, quia non procedunt in infinitum, sed habent aliquam mensuram procedendo. Nisi manifestum sit q vnaquęq; species simul cum sua proprietate, ⁊ quanto procedit ⁊ facit aliquam mensuram suę proprietati commensuratam. Non enim figura solum secum fert formam, sed etiam ⁊ magnitudinem quę aduenit materię cum extensione, ⁊ habet latitudinem magnitudo hic propter indeterminationem aliqualiter materialis naturę, quod si excesserit terminum magnitudinis, sese porrigens ad maius vel ad minus, tunc id quod constat tali magnitudine monstrum esse putatur, ceu apud nos quędam mulier. Cuius ipsa visa est quę habuit longitudinem quatuor cubitorum. Etiam noni comissionesue in plerisq; locis nascuntur. indeterminatio igitur quędam sm vnumquodq; genus ingreditur in ipsis materialibus iuxta excessum ⁊ defectum. Verumtamen rationes ipse participate quę per omnis penetrant ⁊ permeant efficiunt talis esse participantis, quales quidem sunt ipse, ceu magnitudo ⁊ pulchritudo, ⁊ id genus aliorum. Vnde ea quę absolute participant ipsis erunt simpliciter specie designate ⁊ ea quę sunt in habitudine erunt ad aliquid, quemadmodum si quis diceret calida simpliciter ⁊ calidius esse ad aliquid atq; nonnulla tanq̄ per se, nonnulla vero in aliis, ⁊ nonnulla vt materialia. Sed Diuus Iamblicus perspectius exploratiusq; de quantitate tractans q̄ ea quę dicta sunt, inquit. communis cuiuslibet quantitatis conceptio intelligentiaq; talis est. Quantum equidem est diuisibile in partes inexistens. Nam hoc similiter extenditur ad multitudinem ⁊ magnitudinem. Item huius aliud est numerabile, aliud vero mensurabile, ⁊ horum vtrunq; dicitur aliquo determinate ⁊ indeterminate, ceu longitudo dicitur determinate, quia cum terminis est ⁊ indeterminate, quia incertum est, vsquequo termini extenduntur, ⁊ statuuntur. Vnde si omnia sm communionem ipsius generis siue quantitatis determinate sunt, nihil interest si alterum ad vnum definitum sit, alterum ad duo, ⁊ alterum ad tria. Equidem non ob id neganda est participatio communis generis ipsis numeris, quia dualitas pręcedit trinitatem, ⁊ trinitas quaternitatem, ⁊ sic deinceps. Non enim binarius dualitasue efficit ternarium tanquā ipse prior sit ternario, sed sm aliud quidem prius ipsius ⁊ posterius dinumerantur, ⁊ sm aliud communitas eiusdem generis inest sm quam, neq; magis, neq; minus diuersa in ipsa in eodem continentur. Verum in his videntur mihi ea quę superius dicta sunt, longe rectius dicta esse. Vnde quomodo inquiat Iamblicus quantum esse diuisibile in partes existentes non admodum percipio quandoquidem esse diuisibile in partes potius naturam totius q̄ quanti exprimere mihi videatur. Equidem alia est totius intelligentia, ⁊ alia quanti. Nam totum dicitur partes habere ⁊ substantię inesse non quatenus quantum, sed quatenus species, vel indiuiduum est. Quocirca et Aristo. ait. non turbent nos partes substantiarum tanq̄ in totis sint velut in subiectis, si igitur substantia quę est species, habet partes completiuas speciei, ceu animal rationale mortale ⁊ substantia indiuidua habet partes completiuas indiuidui, ceu caput, manus, ⁊ pedes, profecto constat q etiam diuidatur in partes inexistentes, quare non est proprium quantitatis esse diuisibile in partes inexistentes, sed illud, quatenus dictum possibile est vnumquodq; quantum est, ceu duo, tria, vel bicubitale. Nam mensura est proprium quanti. Nam etsi fuerit quantum, indeterminata sic profecto dicetur tanq̄ nondum eius mensura perspecta ⁊ nota. Similiter etsi infinitum supponatur aliquid esse sic certe infinitum supponitur tāquam mensura percurri cognosciq; non potest. Nam quod quidem ⁊ prius dixi, neq; dimensio sola sm se videtur mihi quantum esse, sed magis quale, linea tamen superficies, ⁊ corpus, quia altera distenditur ad vnum, ⁊ alterum ad duo, ⁊ alterum ad tria, sunt quanta per se. Sed forsitan Diuus Iamblicus determinauit quantum sm q diuisibile est, sed non sm id quo in partes solum distribuitur. Nam diuisibile in partes est, non vt totum dūtaxat, sed etiam velut vnum in multa diuiditur, quod quidem inest quanto vt quanto.

Maxime autem contrarietas quanti, circa locum videtur existere. Sursum enim ipsi deorsum

contrarium

contrarium ponunt eam: que ad mediũ regiones. deorsum dicentes: ꝓpter plurimã distantiam medij ad terminos mundi esse. videtur autẽ ⁊ aliorum contrariorum diffinitionẽ ab his inferre. nam plurimũ abinuicem distantia in eodem genere contraria diffiniunt.

¶ Cum dixisset quanto nihil esse cõtrariũ, admodum scite nunc proponit que videntur quanta ⁊ contraria esse. Nam cur hec consulata fuerint deinceps sermo certus firmusq; erit, qui vniuersaliter ostendit quanto nihil eẽ contrarium. Et prius magnum ⁊ paruum, velut quanta contraria in medium producẽs ostẽdit, ꝙ hec nõ sunt quanta, sed ad aliquid. Item neq; si quanta ipsa esse aliquis concederet adhuc contraria essent. Nunc autem locum proponit, dicendo contrarietatem que est in ꝑdicamento vbi, circa locum maxime esse videri quib⁹ verbis ostendit hoc sibi non placere quod videtur eẽ. Nam plane dicit ꝙ quanto determinato nihil est contrarium. Equidem pars loci sursum, est quantum determinatum. Dicit itaq; ꝙ neq; circa hoc cõtrarietas est, lz videatur esse. Cur igitur id qđ sursum est, non opponitur ei quod deorsum: Nisi qa non quatenus quãtũ opponit̃. nam locus est quãtũ quatenus est superficies ⁊ bina dimẽsio quo pacto nullã hz oppõnẽ, que ẽ sursum ⁊ deorsum, si oppositionẽ aliquam hñt, forsitã eã obtinent vt est ad aliquid, vel quatenus sunt vbi. Nam eorum que sunt ad aliqd q̃dam suscipiunt contrarietatem sicut ⁊ ipsum vbi. Et sepenumero dictum est qđ multa etiam ẜm aliud ⁊ aliud ad diuersa pꝛedicamenta reducuntur. Sed forte melius est dicendum, ꝙ velut ad vniuersum illud deorsum est, in quo grauia feruntur, ⁊ sursum ad quod leuia petunt. Item deorsum est, ⁊ centrum ipsum medium, sursum vero sunt q̃ circa medium, ⁊ circa centrum sunt. Nam in sphera imũ ⁊ supmum ita considerantur, sed imum quo ad nos, illđ dicitur esse quod sub pedibus nostris iacet, sursum autẽ supmumq; quod supra caput nostrum est. His itaq; sic se habentibus que dicuntur sursum ⁊ deorsum quo ad nos hec dũtaxat ad aliquid sunt. Nam vnumquodq; cõmutat̃ ⁊ non est natura, sed ea que sunt in mundo sursum ⁊ deorsum quatenus vnum supra aliud vicissim eleuatur ad aliquid sunt, sed ẜm suam naturam talia sunt, qualia dicunt̃ semper esse ⁊ nunq̃ transgrediuntur, neq; excidunt quo pacto sunt etiam contrariorum susceptiua, tamen quatenus plurimum distant sic cõtraria sunt. Quare neq; quatenus ad aliquid sunt, contraria esse dicendum est, quo tamen prius affirmari videbatur. Item neq; quia magis quatenus quãta sunt, sic ad aliqd sunt, vel contraria, sed ambo hec. s. ad aliquid ⁊ contrarium eidem quanto ẜm locum iuxta dictas differentias accidunt, ⁊ non quatenus quanta sunt. Preterea ⁊ ipse dicendo non quanto, sed quantis esse contrarietatem insinuat, non loco, sed circa locum ⁊ non esse simpliciter, sed videri contrarietatem esse. Nam tales adiectiones determinationesue illud plane indicant, quia quemadmodũ rectum ⁊ curuum non quatenus quanta contraria erãt, sed quantis existentibus quippiam aliud accidit. sic etiã circa locum hec accidunt, ⁊ sicut animal ipsum nullum habens contrarium, partitur ⁊ diuiditur ẜm differentias contrarias, sic etiam locus per contrarias differẽtias diuiditur. Itaq; contrarietas facta non est. Locus est quãtus, sed ẜm quedam alia que aduenilit loco qui est quãtus, ⁊ quia circa alia quanta contrarietas accidit, ideo loco inter alia maxime contrarium apposuit, qa ⁊ alia cõtraria ob distantiam que est in loco designantur. Nam appellant contraria que inter se plurimum distant. Verum in qualitate distãtia formalis ⁊ specifica est, in quãtitate autem dimensionalis, que ⁊ principalior distantia dicitur ⁊ ab hac alie proficiscuntur ⁊ denominant̃. At vo si illud quod plurimum distat contrarium est, ⁊ in sphera ea plurimum distant que ẜm diametrum distãt, quomodo igitur non dicit hec esse contraria, sed medium contrarium fatetur esse concauo orbis lune quod sursum est in circuitu. Nisi qa illud qđ distat ẜm diametrũ, ita ẽ ꝯ̃riat̃ ẜm diametrũ: sz vt in sphera ⁊ in mũdo, ⁊ ẜm spẽz eãdẽ ea que ẜm diametrũ in circũferentia sunt ambo eiusdẽ nature sunt, ⁊ nullũ ab altero vicissim differt. At vo medium distat ab ipso concauo orbis lune ⁊ circuitu ẜm eandem speciem, quocirca ⁊ ipse dixit a medio mundi. vsq; ad terminos maximam esse inter capedinem ⁊ distantiam, vt totum sursum accipias tãq̃ eiusdem nature comparatum ad totum quod inferius est. Et ne qa existimet sursum ⁊ deorsum quo ad nos dici adiecit medium ⁊ concauum, seu circuitum sublunarem ẜm naturam q̃ habent imutabilẽ differentiam. Sed rursus quomodo sursum erat corpus circulare. Nam ipsius leuis ⁊ ignis hec regio suprema est. Nisi locus sursum sit natura ignis ⁊ ẜm accidens erit quinta substantia. Nam propria eius natura est circularis, ⁊ hec est ipsius circuitus. Verũtamen accidit ipsi vt sit superior igne, sicut Iamblicus inquit qui fatetur hoc acidens aliud esse ab eo, qđ in generatione alicui extrinsecus aduenit. Verũtamen dicenti ꝙ corpus circulare quia vltra sursum est, ⁊ eiusdem est contentiuum ob id merito diceretur supremum, ⁊ maxime sursum. Sed adhuc aiunt sursum ⁊ deorsum, que non ad aliquid dicuntur hec iter se ꝯ̃ria sunt, ⁊ tamen partes loci esse dicuntur, ⁊ non differentie que de partibus pꝛedicantur. Nam deorsum est ipsum mediũ, sursum vo est, ipse circuitus siue gyrum sublunare, quãdoquidem hec determinent naturalem grauium ⁊ leuiũ motum ẜm locum que etiam plurimum ab inuicem distant. Item aiunt ꝙ si locus esset causa motus ad tantũdem spatium ⁊ terminationis corporum quo ad quietem ⁊ lationem eorum, quispiam dicere posset ꝙ locus ẜm se terminat ea que mouent, sed si consistentia corporum, ⁊ motus ẜm substantiam terminos loci determinat non erit ẜm se locus, neq; habebit tales partes. vnde nõ exigua fuit differentia opinionum de loco. Nam alij aiunt ipsum determinari definiriq;, ẜm relationem, ⁊ ad aliqd. Nam vt est contentiuum corporis sic intelligitur vt locus ⁊ ꝑtinẽs ad contentũ dicitur vt ad aliquid. Alij autem dicentes locum, ⁊ spatium fatentur ipsum esse quãtum, ⁊ non ad aliquid. Item nonnulli sursum ⁊ deorsum dimittunt ⁊ contraria ipsa ponuntur. Alij autem hec cõtraria esse concedunt, neq; in vniuerso subsistere dicũt. Nam esse de numero eorum que sunt ad aliquid fatentur, vt dextrum ⁊ sinistrum. Pitagorei vo aiunt locum esse terminum omnium que sunt, qui quo ad verba idẽ asserere videntur quod Aristo. dicit, sed quo ad veritatem longissime discrepant. Nam inquit Aristo. locũ esse terminum continentis quatenus continet contentum, iccirco vltimum celum negauit in loco esse. At Pithagorici locum asserunt esse terminum vniuscuiusq; rei, ac terminum vniuscuiusq; speciei, in quo locatur, ⁊ in quo cõtinetur. Sic autem vniuersalius atq; exploratius assignato loco ⁊ declarato, ⁊ sursum ẜm excessum substantie puritate ⁊ virtute, excellens considerandum est, ⁊ deorsum id esse quod omnibus talibus oppositis (simi⁹ ꝯ̃ter) riusq; est. Vñ cõstat ꝙ hoc mõ cõiter, ⁊ absolute hec in

Aduerte ꝙ si ẜm diametri distantiam esset ꝯ̃rius polus arctic⁹ eẽt ꝯ̃rius antarctico: ideo rñdet Simplicius ꝙ sũt eiusdẽ nãe.

omnibus ꝯsiderari queunt, atq; ſm ꝑprias vniuſcuiuſq;
naturam ipſa compꝛehendi. Nam ob id virtus q̄ cuncta
in vniuerſo ſuſtinet τ complectitur in cęlo collocat̄ ſm
excellentiam termini qui oīum rerū eſt terminus.

¶ Non videt̄ autem quantum ſuſcipere ma-
gis τ minus, velut bicubitū. Nō eni eſt alte-
ruz altero magis bicubitum, neq; in numero
velut tria ipſis q̄nque, nihil magis tria dicun
tur, vel q̄nque, neq; quinque tribus, neq; tpˢ
alteꝝ altero magis dicit̄ tēpus, neq; totalr̄ in
aliquo dictoꝛum magis τ minus dicit̄, qua-
re quantū non ſuſcipit magis τ minus.

¶ Etiam hoc quātum habet ſimile cum ſubſtantus. ſ. non
ſuſcipere magis τ minus. Etenim ipſum etiam queadmo
dum ſubſtātia nō ꝑticipat infinitate ſm magis τ minus
quo circa in ſpecie diffinita cōtentū eſt, τ ꝓpter h oſten-
ditur nō eſſe ꝯtietatē in quāto. Naz ꝑncipiū trāſmutatio-
nis in cōtrarium eſt, remiſſio, τ diminutio ꝑexiſtētis for
mę. Nā mixtione ꝯtrꝫ fit obſcuratio τ cōfuſio quo fit vt
his q̄bus eſt, cōtrariū inſint magis τ minus, τ ecōtra. Ve
rum Ariſt. demonſtrationez ex inductione fecit in quā-
tis definitis determinaiſſue ꝙ non ſuſcipiūt magis τ mi
nus cum dicit bicubitum, τ tria atq; in ipſis quātis inde-
terminatis quādo dicit, neq; tēpus altero eſt magis tem-
pus. Exiſtimo tñ cām eſſe ꝙ quātitas nō ſuſcipit magis
τ minus eſſe hanc ꝙ alia quātaz determinantur τ mēſu-
rantur. Si igitur quantum ſit alioꝛum terminus, quo mo
do participabit in determinatiōe ſm magis τ minus, qđ
ſi dicimus magnitudinem maioꝛem magnitudine, τ
numerum numero multipliciorem, τ hoc modo in his
multum magis τ minus conſideramus. Nam caucaſus
maioꝛ ymeto diceretur magis q̄ athos atq; magis plu-
ra tribus dicuntur ſeptem q̄ quinque, tamē dicemus ma
gis τ minus quę ſunt ad aliquid ipſis ineſſe. Equidem ſi
magis caucaſus τ minoꝛ athos, τ adhuc minoꝛ ymetus
eſt certe aliquis concederet quantum ſuſcipere magis τ
minus ſm indeterminationem quemadmodum τ cōtra
rietatem. Nam magnum non ad aliquid, ſed ſm ſe oppo
nitur ei quod ſm ſe dicitur paruum. Et hoc modo An-
dronicus determinat. Verum Plotinus fatetur magnū
proꝛſus non eſſe ad aliquid, ſed impꝛoprie nos dicere ſę
pe magnum loco huius. ſ. motus.

Motes ſunt iſti/ vt ē Stra/bonem.

¶ Propꝛium autem maxime quāti: ęquale τ
inęquale dici, vnumq̄dq; enim dictoꝛū quā-
toꝛum: τ ęquale τ inęquale dicit̄: velut coꝛ-
pus τ ęquale τ inęquale dicitur: τ nume-
rus τ tempus: τ equalis τ inęqualis dicit̄. ſi
militer autē τ in alijs dictoꝛuz vnūq̄dq; ęq̄-
le τ inęquale dicitur. Reliquoꝛum autem q̄-
cunq; non ſunt quanta, non valde vtiq; vide
buntur ęquale τ inęquale dici, velut diſpoſi
tio non valde ęqualis τ inęqualis dicitur. ſ;
magis ſimilis τ diſſimilis, τ album nō val-
de ęquale τ inęquale dicitur. ſed magis ſimi-
le τ diſſimile. quare quāti maxime vtiq; erit
propꝛium ęquale τ inęquale dici.

¶ Cum tradidiſſet cōmunia quę quanto inſunt impꝛſen
tia tradit propꝛium contra alia pꝛędicamenta, ꝙ etiā to-
li quanto ineſt, τ hoc eſt ęquale τ inęq̄le dici, rurſus oſtē
dit per inductionem in quantis continuis τ diſcretis di-
ſcurrendo per ſingula. Quod autē hoc ſit propꝛiuz quā-
ti hunc in modum oſtendas. Quātū qua quātum eſt, mē
ſurabile eſt, ſed mēſurabile aliquando natum eſt menſu
rari eiſdem menſuris, τ aliquādo pluribus vel paucioꝛi-
bus, illud igitur ꝙ eiſdē menſuris mēſuratur ęquale eſt,
qđ vero pluribus vel paucioꝛibus inęquale erit. igit̄ quā-
tum quatenus quātum ęquale τ inęquale dicit̄. Quādo
quidem quatenus quātū menſurabile ſit, τ quatenus mē
ſurabile hęc eidem inſint. Eteniz τ alijs mēſuris hęc in-
ſunt ꝓpter quātum. nō enim lignū mēſurat lignum qua
lignū, ſed qua magnitudo τ quātitas eſt. igit̄ ęq̄le τ ineq̄-
le propꝛie τ ꝑncipalr̄ in quāto eē dicūtur, in alijs vero nō
ꝓpꝛie, nā album nō dicit̄ ęquale albo ꝓpꝛie, ſed impꝛo-
pꝛie. Nā alba ꝓpꝛie dicūtur ſimilia, τ oīa quę determina
ta ſunt ſm q̄litatē, ꝓinde τ diſpoſitio diſpōni ęq̄lis pro-
pꝛie non diceret̄, ſed ſimilis. ſi igit̄ ęquale τ inęq̄le omni-
bus quātis inſunt vt per inductionez demōſtrauit, nūc
vt ſolis quātis ineſſe oſtēdit. Nō eniz in q̄litate ꝓpꝛie di-
citur ęquale, ſed ſimile, neq; in ſubā quatenus ſubſtātia,
ſed quatenus participat magnitudine τ quāto, itaq; me-
rito dicit̄ ęquale τ inęq̄le quāti ꝓpꝛiuz. Architas quoq;
cum aſſereret ęq̄le τ inęquale eē quanti ꝓpꝛium, fatetur
quātum ſpectari cōſiderarine in multitudine τ magnitu-
dine atq; in ipſo momēto inclinationeve, quādoq̄dē ni
hil hoꝝ ſubam aut qualitatez aſſequat̄. Vnde ipſe etiam
diuidit ęquale τ inęq̄le tripl̄r, ſm tres differētias quāti.
Verū Alexāder ſequutus Ariſtotelē inclinationē mo-
mentūue non locat ſtatimq; in quāto, ſed in quali. Item
aſſerit ęquale τ inęq̄le in grauibus nō ꝓpꝛie dici, ſ; abu-
ſiue. Nam his potius cōpetent ſimile τ diſſimile, vt alijs
qualibus cōpetunt. Item metiri mēſurarive tradit cōmu
ne eſſe etiā his per accidēs, ſicut alijs qualitatibus. Nam
vt cōſueuimus dicere hoc albo alterū albuz decies ma-
gis albuz eſſe, vbi nō decima pars albi dimenit̄, ſed deci-
ma pars ſuperficiei in qua albū eſt, quo fit, vt albū men
ſuratuz ſit per accidēs, ita etiā grauis mēſurātur, quando
quidē grauitas mēſuretur ob id coꝛpus in quo eſt. Nam
graue ſit ſm qualitatez, ſed non ſm magnitudinē, quan-
doq̄dem omne qđ erat grauius moꝛ, τ maius leuioꝛ ſit,
quia plurimū menſuraꝝ erat, qđ ſi non menſuratur graue,
itaq; neq; illi cōpetet ęquale vel inęq̄le. Vnde hęc Ale-
xandri verba plurimā ſępeq; ab eodē dicta occaſionez
dederunt, vt recētioꝛes interpꝛtes tria genera quāti ſequu
ti Architā ponentes aſſeruerint grauitatez metiri poſſe
nō ꝓpter coꝛpus, alioquin eadē eſſet mēſura grauitatis τ
coꝛporis. At plerisq; in locis coꝛpoꝛis τ iclinatiōis mo-
mētiq; menſurę aduerſant̄ inter ſe τ ꝯtrarię ſunt, ceu in
plūbo τ lana. Eqdem menſuratio coꝛpoꝛis inęq̄lis foꝛte
foꝛtuna eſt, τ inclinatio eſt ęq̄lis, vel ecōuerſo moles ęq̄
liter ſe habebūt, τ inclinationes inęq̄les. Et certe in cun-
ctis fere coꝛpoꝛibus inclinationes momētaue inęqualia
ſunt moli τ magnitudinibus coꝛpoꝝ. Eteniz alia eſt ſpe
cies quāti ipſa magnitudo, τ alia ſpēs eſt inclinatio. Nā
talētum τ mna ſpē differūt a pede τ cubito, quare etſi ab
alio quāto mēſurātur pondera τ grauia, nō tñ ſunt qua-
lia neq; in aliquo quantoꝝ cōtinētur, ſed ſunt vna ſpēs
quanti diſtincta ab alijs. Alexāder autez neſcio quo pa-
cto aſſumens petenſq; id qđ eſt in ꝑncipio concluſit icli-
nationē non quatenus inclinationē nō eſſe quātum, ſed
quale. Atqui pace Alexādri ſi graue ac graui ſm quali-
tatem differret euariaretq; ꝑfecto euariatio atq; diſcri-
mē factū fuiſſet ipſoꝝ caracterū per aliquas differētias,
ſicut etiaz idē videre eſt in alijs quę q̄litatibus diſcrepāt
τ variātur. At inclinatio quatenus inclinatio eadē hz ꝓ-
prietatem

Uide Pla/tonē p hoc in Thimeo.

Rope grece/ momentum q̄ vel ſtatera/ vt trutina ad vnā ptē iclinat/ τ iclina/tio dicitur.

Hic accipit pedē p mēſu/ra/ nā pes q̄/tuoꝛ palmos continet.

Q̃lia simplr cũ cum Ar chyta.

